

## Seitenstetten

### SEIT 1

(1198) November 27, Lateran  
Papst Innozenz [III.] befiehlt dem Propst [Konrad] von Gurk und den Äbten [Peringer] von St. Lambrecht und [Rudolf II.] von Admont, im Streit zwischen dem Abt [Konrad I.] von Seitenstetten und dem Pfarrer S(tefan) von Vöcklabruck um die Kapelle in (Unter-)Regau entweder das Urteil des Erzbischofs [Adalbert II.] von Salzburg zu bestätigen oder die Angelegenheit erneut zu untersuchen und zu entscheiden.

Hss.: Original in Seitenstetten, StiA, U Nr. 20 (A). — Abschrift 1321/24 in Seitenstetten, StiA, Hs. 3 U, fol. 21r–v Nr. 14 (B).

Abb.: [https://www.monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1198\\_XI\\_27/charter](https://www.monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1198_XI_27/charter) (samt Bulle).

Edd.: Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33, 1870), S. 28–29 Nr. 20 (aus A).

Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 43 Nr. 438. — Wendrinsky, Grafen von Rebegau-Piugen (BIVLkNÖ NF 14, 1880), S. 193 Nr. 61. — Jaksch, MDC I (1896), S. 274 Nr. 371. — Peschl, Gurk (1965), S. 147. — Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 3 Nr. 1. — Mierau, Vita communis (1997), S. 187–188. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 45. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 401, 416.

Lit.: Hageneder, Geistliche Gerichtsbarkeit (1967), S. 13–14, 26. — Zauner, Vocklabruck (1971), S. 59, 719–720. — Plank, Geschichte St. Lambrecht (1976), S. 25.

Bulle. Siehe monasterium.

Siehe auch den Urteilsspruch von 1199 April 5, Friesach (= Urkunde Nr. SEIT 2).

Ediert nach A.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto in Christo filio<sup>a)</sup> . . Cvrcensis<sup>b)</sup> preposito<sup>c)</sup> et dilectis filiis . . sancti Lamberti et . . Admuntensi abbatibus in Sal(z)burzensi<sup>d)</sup> diocesi constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Conquerente dilecto filio . . abbate de Sitanstedenn nostris est auribus intimatum quod cum . . et . . comites de Rebegou proprium fundum cum capella in eo constructa ipsius monasterio contulissent eis sublatis de medio S. plebanus de Vekelach Salzburgensis diocesis capellam ipsam ad suam asseruit ecclesiam pertinere. Verum in presentia venerabilis fratris nostri . . Salseburgensis archiepiscopi partibus constitutis dicta capella prefato monasterio fuit per diffinitivam sententiam assignata, sed idem plebanus neque sic desiit<sup>e)</sup> super nominata ecclesia memoratum monasterium infestare. Quia vero que semel bene diffinita sunt, retractari non debent discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus de premissa sententia cognoscentes, si etiam inveneritis rationabiliter fuisse prolatam, auctoritate nostra freti faciatis eam firmitatem debitam obtinere. Alioquin causam ex integro cognoscentes, quod canonicum fuerit, statuatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam appellatione remota inviolabiliter observari nullis litteris veritati et iustitie preiudicantibus a sede apostolica

impetratis. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani, V kal. decembr., pontificatus nostri anno primo.

<sup>a)</sup> dilecto in Christo filio *auf Rasur A.* – <sup>b)</sup> *v gebessert aus y A.* – <sup>c)</sup> preposito *auf Rasur A.* – <sup>d)</sup> *A.* – <sup>e)</sup> *t gebessert A.*

## SEIT 2

1199 April 5, Friesach

*Abt Peringer von St. Lambrecht und Propst Konrad von Gurk schlichten als päpstlich delegierte Richter den Streit zwischen dem Abt [Konrad I.] von Seitenstetten und dem Pfarrer Stefan von Vöcklabruck um die Kapelle in (Unter-)Regau.*

*Hss.: Abschrift 1321/24 in Seitenstetten, StiA, Hs. 3 U, fol. 51r–v Nr. 60 (B).*

*Edd.: Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33, 1870), S. 29–30 Nr. 21 (aus B). — OÖUB VI (1871), S. 575–576 Nr. 2 (aus B), zu April 4.*

*Reg.: Jaksch, MDC I (1896), S. 274 Nr. 372, dazu Verweis Jaksch, MDC III (1904), S. 579 Nr. 1482. — Boshof, Reg. Passau I (1992), S. 318 Nr. 1049.*

*Lit.: Ferihumer, Erläuterungen II/7 (1956), S. 0377. — Peschl, Gurk (1965), S. 147. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 127 Anm. 38. — Hageneder, Geistliche Gerichtsbarkeit (1967), S. 63. — Zauner, Vocklabruck (1971), S. 59, 719–720. — Plank, Geschichte St. Lambrecht (1976), S. 25. — Mierau, Vita communis (1997), S. 187–188, 251–252. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 46–47, 65, 73.*

*Auf monasterium ohne Abbildung verzeichnet, siehe [http://monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1199\\_IV\\_05/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1199_IV_05/charter).*

*Siehe auch den päpstlichen Auftrag zur Untersuchung von 1198 November 27, Lateran (= Urkunde Nr. SEIT 1), worin auch der Abt von Admont mit der Streitschlichtung beauftragt wird, der aber an der Teilnahme zur Verhandlung offenbar verhindert war. (Möglicherweise war Rudolf II. von Admont die Teilnahme altersbedingt nicht mehr möglich, siehe Wichner, Admont 2 [1876], S. 54, zu seinem Tod im „hochbetagte[n]“ Alter am 23. Oktober 1199.)*

*Ediert nach B.*

† In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Berngerus dei gratia abbas sancti Lamberti, Chunradus eadem gratia Gurcensis prepositus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, precipue domino episcopo Patauiensi Wolfkero nec non eius clero volumus innotescere, quod dum controversiam, que vertebatur inter abbatem de Sytansteten et plebanum de Vekelach Stephanum nomine super capella in Rebgev audiendam ac discuciendam et debito fine terminandam apostolico mandato suscepissemus, partibus in presencia nostra constitutis et literis utrorumque testimonialibus auditis, ne sumptibus iudicialiis ambe partes gravarentur, neve altera pars omnino dampnificaretur, placuit nobis cum consilio meliorum de mediatoribus amicabile compositione causam decidere fide quidem ab utriusque vece sacramenti accepta, ut quidquid inter eos super eadem causa statueremus, ratum sine contradictione tenerent. De consilio itaque nostro predictus plebanus omni iuri quod se in eadem capella habere fatebatur, in presencia nostra penitus

renunciavit, et ipsum abbas in ea personaliter tantum investivit, et omnia eidem capelle tunc temporis, dum primum collata est monasterio, attinencia seu postea donacione aliqua accedencia, tempore vite sue serviant plebano, ita quod illa ab eo absoluta, nullus post ipsum preter solum abbatem in ea sibi quicquam usurparet, nisi quantum a domino abbate posset inpetrare et ipse abbas commoditatem monasterii sui quilibet in eadem capella liberam haberet potestatem ordinandi, et si posset a domino Patauiense<sup>a)</sup> episcopo cum consensu prepositi de sancto Floriano, in cuius parrochia constituta est eadem capella, spiritalia prefato plebano cum temporalibus habenda impetret. Ipse vero plebanus annuatim sub nomine pensionis tres solidos monete illius terre domino abbati debet persolvere, et transactionem huius negocii ex ordine coram domino Patauiense<sup>a)</sup> episcopo publicare, nec ullomodo clam seu palam quominus spiritalia impetret, audeat abbatem impedire. Testes huius rei sunt hii: Hainricus archidiaconus marchie, Hainricus, Hainricus<sup>b)</sup> Gurcenses canonici, Waltherus monachus sancti Lamberti, Gotfridus et Ditmarus et Symon Frisacenses canonici et alii quam plures. Actum aput Frisach, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup> C XC VIII<sup>o</sup>, indict. II<sup>a</sup>, non. aprilis, presidente sedi apostolice Innocencio papa III, anno pontificatus eius II<sup>o</sup>.

<sup>a)</sup> B. – <sup>b)</sup> Verdoppelung wohl kein Irrtum, da der vorangehende Archidiakon wohl kein Gurker Kanoniker war und in Folge im Plural von Gurker Kanonikern gesprochen wird.

### SEIT 3

(1222) Mai 3, Alatri

*Papst Honorius [III.] beauftragt die Äbte [Gottfried II.] von Admont und [Reinbert] von Garsten sowie Propst [Altmann] von St. Florian, die Klage des Abtes [Dietmar I.] und des Konvents von Seitenstetten gegen Meinhard und Rapoto von Braunsberg, wonach diese ihnen an Besitz und anderen Dingen Schaden zufügen, zu untersuchen.*

*Hss.: Abschrift 1321/24 in Seitenstetten, StiA, Hs. 3 U, fol. 20v–21r Nr. 13 (B).*

*Edd.: Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33, 1870), S. 37 Nr. 27 (aus B).*

*Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 591 Nr. 6820. — Pressutti, Reg. Honorii papae III II (1895), S. 64–65 Nr. 3936.*

*Lit.: Huber, Beiträge (1982), S. 158.*

*Auf monasterium ohne Abbildung verzeichnet, siehe [https://www.monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1222\\_V\\_03/charter](https://www.monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1222_V_03/charter).*

*Siehe auch die Vorladung der Brüder von Braunsberg vor Gericht nach Rottenmann (= Urkunde Nr. SEIT 5), sowie den Urteilspruch von [1223] Jänner 31, Rottenmann (= Urkunde Nr. SEIT 6).*

*Ediert nach B.*

Honorius<sup>a)</sup> episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . de Agmunde et . . de Gersten abbatibus et [. .]<sup>b)</sup> preposito sancti Floriani, Saltzburgensis et Patauiensis diocesium salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii [. .]<sup>b)</sup> abbas et conventus de Sytansteten suam ad nos querimoniam destinarunt, quod Mainhardus et Rapoto de Prunsperch Patauiensis diocesis super terris, silvis et

rebus aliis iniuriantur eisdem. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Alatri, V non. maii, pontificatus nostri anno sexto.

<sup>a)</sup> Honorius in Majuskeln B. – <sup>b)</sup> Reverenzpunkte fehlen B.

#### SEIT 4

(1222) Mai 4, Alatri

*Papst Honorius [III.] beauftragt die Äbte [Gottfried II.] von Admont und [Reinbert] von Garsten sowie Propst [Altmann] von St. Florian, die Klage des Abtes [Dietmar I.] und des Konvents von Seitenstetten gegen F(riedrich) von Hausegg und andere, wonach diese ihnen an Besitz und anderen Dingen Schaden zufügen, zu untersuchen.*

*Hss.: Original in Seitenstetten, StiA, U Nr. 28 (A). — Abschrift 1321/24 in Seitenstetten, StiA, Hs. 3 U, fol. 20r–v Nr. 10 (B).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1222\\_V\\_04/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1222_V_04/charter) (samt Bulle).*

*Edd.: Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33, 1870), S. 38 Nr. 28 (aus A).*

*Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 591 Nr. 6821. — Weiglsperger, Beiträge (GB St. Pölten 2, 1885), S. 72. — Pressutti, Reg. Honorii papae III II (1895), S. 65 Nr. 3937. — Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 64 Nr. 105.*

*Lit.: Huber, Beiträge (1982), S. 158.*

*Bulle. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . de Agmunde et . . de Gersten abbatibus et . . preposito sancti Floriani Salzeburgensis et Patauiensis diocesium salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii . . abbas et conventus de Sicansteten<sup>a)</sup> suam ad nos querimoniam destinavit<sup>b)</sup>, quod F. in Busech et quidam alii Patauiensis diocesis super terris, silvis et rebus aliis iniuriantur eisdem. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Alatri, III non. maii, pontificatus nostri anno sexto<sup>c)</sup>.

<sup>a)</sup> A. – <sup>b)</sup> destinavit mit überzähligen Kürzungstrich statt destinarunt A. – <sup>c)</sup> Text von pontificatus bis sexto zur Füllung der Zeile auseinandergezogen A.

## SEIT 5

[vor 1223 Jänner 31]

*Abt Gottfried [II.] von Admont und Abt [Reinbert] von Garsten laden als päpstlich delegierte Richter im Streit zwischen Abt [Dietmar I.] und dem Konvent von Seitenstetten einerseits und Meinhard und Rapoto von Braunsberg andererseits letztere vor Gericht nach Rottenmann.*

*Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. SEIT 6.*

*Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.*

*In Urkunde Nr. SEIT 6 werden zwei Ladungen vor Gericht (Judenburg und Rottenmann) erwähnt, aber nur zu der hier vorliegenden Ladung nach Rottenmann wird dezidiert angeführt, dass sie schriftlich erfolgt ist. Siehe auch den päpstlichen Auftrag zur Untersuchung des Streitfalles von 1222 Mai 3, Alatri (= Urkunde Nr. SEIT 3).*

[. . .] alium diem ipsis in Rötmenge prefiximus, citantes eos secundo per litteras nostras [. . .]

## SEIT 6

[1223] Jänner 31, Rottenmann

*Abt Gottfried [II.] von Admont und Abt [Reinbert] von Garsten exkommunizieren als päpstlich delegierte Richter im Streit zwischen Abt [Dietmar I.] und dem Konvent von Seitenstetten einerseits und Meinhard und Rapoto von Braunsberg andererseits die letzteren wegen zweimaligen Nichterscheinens vor Gericht in Judenburg und Rottenmann.*

*Hss.: Original in Seitenstetten, StiA, U Nr. 29 (A).*

*Edd.: Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33, 1870), S. 38–39 Nr. 29 (aus A).*

*Lit.: Hageneder, Geistliche Gerichtsbarkeit (1967), S. 109 Anm. 3.*

*Die bei Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33), S. 38, vorgenommene zeitliche Einordnung ins Jahr 1223 beruht wohl auf der Annahme, dass zwischen der Erteilung des päpstlichen Auftrags von 1222 Mai 3, Alatri (= Urkunde Nr. SEIT 3) und der zweimaligen Vorladung der Brüder von Braunsberg nicht mehrere Jahre verstrichen sein werden. In Ermangelung weiterer Anhaltspunkte wird dieser zeitlichen Einordnung gefolgt.*

*In Urkunde Nr. SEIT 3 wird außer den hier genannten Äbten von Admont und Garsten auch noch der Propst von St. Florian mit der Untersuchung beauftragt. Zur Sache siehe auch die Ladung der Brüder von Braunsberg nach Rottenmann (= Urkunde Nr. SEIT 5).*

*Laut Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33), S. 39, zwei stark verletzte Siegel.*

*Auf monasterium ohne Abbildung verzeichnet, siehe [https://www.monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1223\\_I\\_31/charter](https://www.monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1223_I_31/charter) .*

*Dass es auch später noch zu weiteren Besitzstreitigkeiten zwischen Seitenstetten und den Herren von Braunsberg kam, belegt eine Urkunde Herzog Friedrichs II. von 1244 Juni 22, Starhemberg (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II [1955], S. 282–283 Nr. 429).*

*Ediert nach A.*

Gotfridus dei gratia abbas Admvtensis et Reinbertus dei gratia abbas Garstensis iudices ab apostolica sede delegati, amen. Ab apostolica sede in mandatis recepimus, ut causam, que vertitur inter abbatem de Sytansteten et capitulum suum ex una parte et inter Meinhardum et Rapotonem fratres de Prvnsperch ex altera super quibusdam prediis, terris, silvis et rebus aliis, partibus convocatis debito fine terminaremus. Partes ergo legitime in forum Iudenburch citavimus termino peremptorio eis sicut decuit assignato et in termino ipsis prefixo abbate coram nobis in iudicio comparente predicti fratres nec venerunt nec ydoneum pro se responsalem mittere curaverunt, unde eos pro contumaci absentia merito punire debuissemus, deferentes tamen propter hoc, ne subito sententiam nostram videremur precipitasse, alium diem ipsis in Rōtmange prefiximus, citantes eos secundo per litteras nostras, sed ipsi beneficio nostro ingrati apostolicum mandatum spreverunt et ad secundam citationem coram nobis comparere contempserunt. Igitur propter duplicem contemptum videlicet contumacem eorum<sup>a)</sup> absentiam auctoritate qua fungimur in nomine patris et filii et spiritus sancti prefatos fratres M(einhardum) et R(apotonem) excommunicamus et ab universis Christi fidelibus tanquam ab unitate ecclesie precisos evitari<sup>b)</sup> precipimus. Dat. Rottmangen, pridie kal. febr.

<sup>a)</sup> eorum über der Zeile nachgetragen A. – <sup>b)</sup> A.

## SEIT 7

1244 Februar 10, Wien

*Konrad von Osternach (bei Peterskirchen, Oberösterreich), Präzeptor des Deutschen Ordens in Österreich und Steiermark, beurkundet den zwischen ihm und dem Stift Seitenstetten gemachten Gütertausch.*

*Hss.: Original in Seitenstetten, StiA, U Nr. 38 (A). — Abschrift 1321/24 in Seitenstetten, StiA, Hs. 3 U, fol. 59r Nr. 71 (B).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1244\\_II\\_10/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiASei/SeitenstettenOSB/1244_II_10/charter) (samt Hängesiegel).*

*Edd.: Raab, UB Seitenstetten (FRA 2/33, 1870), S. 46–47 Nr. 38 (aus A).*

*Die Aufnahme erfolgte aufgrund des Nachweises des die Steiermark umfassenden Sprengelbereichs.*

*1. Fragment eines Hängesiegels an Pergamentstreifen; 2. Fragment eines Hängesiegels an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris frater Chvnrads de Osterna, preceptor domus sancte Marie Theutonicorum per Austriam et Styriam salutem in perpetuum. Notum facimus tam futurorum quam presentium memorie, quod nos et conventus fratrum monasterii sancte Marie in Sytanstettin de unanimitate et consensu fratrum nostrorum super quodam concambio convenimus, ita scilicet, quod nos ipsis donavimus curiam unam apud Aicha et mansum unum ibidem, alterum quoque mansum apud Arnoldesperge cum omni iure et libertate, qua nos bona illa dinoscimus hactenus possedisse. Ipsi vero ad recompensationem horum bonorum donaverunt nobis

tres mansos apud Ætzlinstorf<sup>a)</sup> cum omni libertate et iure quo ipsi bona illa quiete hactenus possederunt. Hoc autem factum est per manum domini Dietrici abbatis, qui tunc prelati et gubernator dicti monasterii in Sytanstetten et bonorum illius dispensator legitimus existebat. Ut autem hec commutatio inter nos rationabiliter ex utraque parte facta et ex pleno consensu utrarumque partium legitime terminata, rata et inconvulsa in perpetuum permaneat, presentem paginam scribi et nostro et dilecti fratris Ortolfi commendatoris Wiennensis sigillis fecimus roborari coram testibus subnotatis, quorum nomina sunt frater Herwicus de Chrotendorf, frater Ortolfus commendator domus Wiennensis, frater Hirzo de Vienna, frater Ortolfus de Ott[ensteten et V̇lricus no]tarius<sup>b)</sup> domus nostre et alii quam plures, [quorum nomina exprimi non]<sup>b)</sup> oportet. Dat. Wienne in [domo nostra, anno gratie M° CC XLIII°]<sup>b)</sup>, quarto [idus feb., 2 indict.]<sup>b)</sup>.

<sup>a)</sup> n gebessert aus s A. – <sup>b)</sup> Unkenntlicher Text von Hand des 17. Jahrhunderts aus B ergänzt A.